

οὕτως ὑπάρχει χρῆσιμος πολλοῖς γεωμετρία,  
καὶ σὺν αὐτῇ καὶ ὀπίσκη καὶ μάλλον ζωγραφίαις.

*Ita Latine aduerbum.*

**O**ptice sanè utilis est, cum Geometria,  
Multis quidem aliis machinis, & arti picturæ,  
Et imaginum artibus, nec non statuariæ.  
Oportet enim altitudines considerare, & distantias, & profun-  
ditates,  
Ut instrumenta fiant consona altitudini,  
Distantiæ, & profunditati proportionata similiter,  
Et aspectus quidem picturarum & plasticæ fictarum pariter.  
Aliis enim instrumentis eget mediocris altitudo,  
Pariter & distantia, & mediocris profunditas,  
Aliis quæ sunt longiora, aliis item breuiora.  
Similiter in picturis, & statuariis artibus.  
Quæcunq; enim proximam terræ positionem habitura sunt,  
Mediocrates habere debent aspectus, & omnia sanè decenter.  
Quæcunq; vero eleuationem mediocrem sortitura sunt,  
Oportet facere aspectu graciliora.  
Quæ autem elata altitudine tollenda sunt,  
Oportet facere aspectibus immoderatis,  
Ut in altitudine collocata recuperent proportionem.  
Consuevit enim altitudo furari aspectionem.  
Et ubi feceris imaginem proportionatam in humili,  
Videbis eam in sublimi apparere contractam.  
Quod si feceris aspectum immoderatum in humili,  
Altitudo proportionatam reddet imaginem,  
Sic itaque multis utilis est Geometria,  
Et cum ipsa Perspectiua, & maximè Picturis.